Signum HLUDOWICI Sereniſſimi Imperatoris,



Signum HLOTHARII Glorioſiſſimi Auguſti.



Durandus Diaconus ad vicem Fridagiſi recoguovi. Data XII. Kal. Julii, Anno Chriſto propitio XIII. Imperii Domni HLUDOWICI Piiſſimi Auguſti, indict. III. Actum Ingilinheim palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

examen alius diplomatis

§. VI. Monumenta Padebornenſia (m) etiam afferunt hoc diploma, ſed vide tu diſcrepantias. Hæc verba: *bonæ memoriæ piiſſimus*: & illa: *& tempore*: & iſta: *diſponere atque ordinare vel etiam regere pro utilitate ejusdem monaſterii*; omninò deſiderantur in Monumentis. Nos legimus *inconcuſſam*; Monumenta *inconvulſam*. Verba: *fidelibus S. Dei Eccleſiæ*, iterum reticuêre Monum: ſecundæ editio-

[m] *edit. ſecund. pag. 113. ſeq.*